

© International Baccalaureate Organization 2021

All rights reserved. No part of this product may be reproduced in any form or by any electronic or mechanical means, including information storage and retrieval systems, without the prior written permission from the IB. Additionally, the license tied with this product prohibits use of any selected files or extracts from this product. Use by third parties, including but not limited to publishers, private teachers, tutoring or study services, preparatory schools, vendors operating curriculum mapping services or teacher resource digital platforms and app developers, whether fee-covered or not, is prohibited and is a criminal offense.

More information on how to request written permission in the form of a license can be obtained from <https://ibo.org/become-an-ib-school/ib-publishing/licensing/applying-for-a-license/>.

© Organisation du Baccalauréat International 2021

Tous droits réservés. Aucune partie de ce produit ne peut être reproduite sous quelque forme ni par quelque moyen que ce soit, électronique ou mécanique, y compris des systèmes de stockage et de récupération d'informations, sans l'autorisation écrite préalable de l'IB. De plus, la licence associée à ce produit interdit toute utilisation de tout fichier ou extrait sélectionné dans ce produit. L'utilisation par des tiers, y compris, sans toutefois s'y limiter, des éditeurs, des professeurs particuliers, des services de tutorat ou d'aide aux études, des établissements de préparation à l'enseignement supérieur, des fournisseurs de services de planification des programmes d'études, des gestionnaires de plateformes pédagogiques en ligne, et des développeurs d'applications, moyennant paiement ou non, est interdite et constitue une infraction pénale.

Pour plus d'informations sur la procédure à suivre pour obtenir une autorisation écrite sous la forme d'une licence, rendez-vous à l'adresse <https://ibo.org/become-an-ib-school/ib-publishing/licensing/applying-for-a-license/>.

© Organización del Bachillerato Internacional, 2021

Todos los derechos reservados. No se podrá reproducir ninguna parte de este producto de ninguna forma ni por ningún medio electrónico o mecánico, incluidos los sistemas de almacenamiento y recuperación de información, sin la previa autorización por escrito del IB. Además, la licencia vinculada a este producto prohíbe el uso de todo archivo o fragmento seleccionado de este producto. El uso por parte de terceros —lo que incluye, a título enunciativo, editoriales, profesores particulares, servicios de apoyo académico o ayuda para el estudio, colegios preparatorios, desarrolladores de aplicaciones y entidades que presten servicios de planificación curricular u ofrezcan recursos para docentes mediante plataformas digitales—, ya sea incluido en tasas o no, está prohibido y constituye un delito.

En este enlace encontrará más información sobre cómo solicitar una autorización por escrito en forma de licencia: <https://ibo.org/become-an-ib-school/ib-publishing/licensing/applying-for-a-license/>.

Latín
Nivel Medio
Prueba 2

Lunes 17 de mayo de 2021 (mañana)

1 hora 30 minutos

Instrucciones para los alumnos

- No abra esta prueba de examen hasta que se lo autoricen.
- Responda a todas las preguntas sobre tres fragmentos tomados de dos opciones estudiadas.
- Cada fragmento vale **[15 puntos]**.
- La puntuación máxima para esta prueba de examen es **[45 puntos]**.

Responda a **todas** las preguntas sobre **tres** fragmentos tomados de **dos** opciones estudiadas.

Opción A — Virgilio

Fragmento 1 Virgilio, *Eneida* 12.845–866

845 dicuntur geminae pestes cognomine Dirae,
 quas et Tartaream Nox intempesta Megaeram
 uno eodemque tulit partu paribusque revinxit
 serpentum spiris ventosasque addidit alas.
 hae Iovis ad solium saevique in limine regis
 850 adparent acuuntque metum mortalibus aegris,
 siquando letum horrificum morbosque deum rex
 molitur meritas aut bello territat urbes.
 harum unam celerem demisit ab aethere summo
 Iuppiter inque omen Iuturnae occurrere iussit.
 855 illa volat celerique ad terram turbine fertur.
 non secus ac nervo per nubem impulsasagitta,
 armatam saevi Parthus quam felle veneni,
 Parthus sive Cydon, telum immedicabile, torsit,
 stridens et celeris incognita transilit umbras:
 860 talis se sata Nocte tulit terrasque petivit.
 postquam acies videt Iliacas atque agmina Turni,
 alitis in parvae subitam conlecta figuram,
 quae quondam in bustis aut culminibus desertis
 nocte sedens serum canit importuna per umbras,
 865 hanc versa in faciem Turni se pestis ob ora
 fertque refertque sonans clipeumque everberat alis.

1. (a) *dicuntur ... alas* (versos 845–848). Indique **cuatro** detalles sobre las *Dirae* mencionadas en el fragmento. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [4]
- (b) Copie y mida *hae ... aegris* (versos 849–850). Indique las elisiones donde sea necesario. [2]
- (c) *hae ... urbes* (versos 849–852). Resuma cuál era el propósito de las *Dirae*. **No se** requiere cita del texto en latín. [2]
- (d) Traduzca *harum ... fertur* (versos 853–855). [3]
- (e) *postquam ... alis* (versos 861–866). Describa el encuentro entre la *Dira* y Turno. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [4]

Opción A — Virgilio

Fragmento 2 Virgilio, *Eneida* 12.896–918

nec plura effatus saxum circumspicit ingens,
 saxum antiquum ingens, campo quod forte iacebat,
 limes agro positus, litem ut discerneret arvis.
 vix illud lecti bis sex cervice subirent,
 900 qualia nunc hominum producit corpora tellus:
 ille manu raptum trepida torquebat in hostem
 altior insurgens et cursu concitus heros.
 sed neque currentem se nec cognoscit euntem
 tollentemve manus saxumve immane moventem;
 905 genua labant, gelidus concrevit frigore sanguis.
 tum lapis ipse viri, vacuum per inane volutus,
 nec spatium evasit totum neque pertulit ictum.
 ac velut in somnis, oculos ubi languida pressit
 nocte quies, nequiquam avidos extendere cursus
 910 velle videmur et in mediis conatibus aegri
 succidimus, non lingua valet, non corpore notae
 sufficiunt vires, nec vox aut verba sequuntur:
 sic Turno, quacumque viam virtute petivit,
 successum dea dira negat. tum pectore sensus
 915 vertuntur varii. Rutulos aspectat et urbem
 cunctaturque metu letumque instare tremescit;
 nec quo se eripiat, nec qua vi tendat in hostem,
 nec currus usquam videt aurigamve sororem.

2. (a) *nec ... arvis* (versos 896–898). Enumere **dos** detalles sobre la piedra **y** explique su colocación. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [3]
- (b) *vix ... sanguis* (versos 899–905). Identifique **una** característica estilística utilizada en estas líneas **e** indique su efecto. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [2]
- (c) *tum ... ictum* (versos 906–907). Describa la trayectoria de la piedra por el aire. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [2]
- (d) *ac velut ... negat* (versos 908–914). Analice el símil. **No** se requiere cita del texto en latín. [4]
- (e) *nec quo ... sororem* (versos 917–918). Enumere **cuatro** formas en las que la situación de Turno era desesperada. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [4]

Véase al dorso

Opción B — Historia

Fragmento 3 César, *Comentarios sobre la guerra de las Galias* 7.70

opere instituto fit equestre proelium in ea planitie, quam intermissam collibus tria milia passuum in longitudinem patere supra demonstravimus. summa vi ab utrisque contenditur. laborantibus nostris Caesar Germanos summittit legionesque pro castris constituit, ne qua subito irruptio ab hostium peditatu fiat. praesidio legionum addito nostris animus augetur: hostes in
 5 fugam coniecti se ipsi multitudine impediunt atque angustioribus portis relictis coacervantur. Germani acrius usque ad munitiones secuntur. fit magna caedes: nonnulli relictis equis fossam transire et maceriam transcendere conantur. paulum legiones Caesar quas pro vallo constituerat promoveri iubet. non minus qui intra munitiones erant perturbantur Galli: veniri ad se confestim existimantes ad arma conclamant; nonnulli perterriti in oppidum irrumpunt. Vercingetorix
 10 iubet portas claudi, ne castra nudentur. multis interfectis, compluribus equis captis Germani sese recipiunt.

3. (a) Traduzca *opere ... contenditur* (líneas 1–2). [3]
- (b) *laborantibus ... fiat* (líneas 3–4). Enumere las medidas tomadas para aliviar a las tropas romanas. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [3]
- (c) *fit ... conantur* (líneas 6–7). Describa la batalla y su resultado. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [4]
- (d) *non minus ... irrumpunt* (líneas 8–9). Resuma la respuesta de los galos dentro de las fortificaciones. **No** se requiere cita del texto en latín. [3]
- (e) *Vercingetorix ... nudentur* (líneas 9–10). Resuma la orden de Vercingetórix **y** explique su motivación. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [2]

Opción B — Historia

Fragmento 4 César, *Comentarios sobre la guerra de las Galias* 7.90

his rebus confectis in Aeduos proficiscitur; civitatem recipit. eo legati ab Arvernibus missi quae imperaret se facturos pollicentur. imperat magnum numerum obsidum. legiones in hiberna mittit. captivorum circiter viginti milia Aeduis Arvernisque reddit. Titum Labienum duabus cum legionibus et equitatu in Sequanos proficisci iubet: huic Marcum Sempronium Rutilum
5 attribuit. Gaium Fabium legatum et Lucium Minucium Basilum cum legionibus duabus in Remis collocat, ne quam ab finitimis Bellovacis calamitatem accipiant. Gaium Antistium Reginum in Ambivaretos, Titum Sextium in Bituriges, Gaium Caninium Rebilum in Rutenos cum singulis legionibus mittit. Quintum Tullium Ciceronem et Publium Sulpicium Cabilloni et Matiscone in Aeduis ad Ararim rei frumentariae causa collocat. ipse Bibracte hiemare constituit. his litteris
10 cognitis Romae dierum viginti supplicatio redditur.

4. (a) *eo legati ... pollicentur* (líneas 1–2). Describa lo que los legados le prometieron a César. **No** se requiere cita del texto en latín. [2]
- (b) *imperat ... iubet* (líneas 2–4). Resuma las instrucciones de César. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [4]
- (c) *Gaium Fabium ... accipiant* (líneas 5–6). Indique lo que hizo César **y** explique por qué. **No** se requiere cita del texto en latín. [4]
- (d) *ad Ararim* (línea 9). Identifique esta referencia geográfica **y** enumere un detalle adicional. [2]
- (e) *his ... redditur* (líneas 9–10). Resuma la respuesta al informe de César. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [3]

Opción C — Poesía amorosa

Fragmento 5 Catulo, *Carmina* 67.13–30

“qui, quacumque aliquid reperitur non bene factum,
ad me omnes clamant, ‘Ianua, culpa tua est.’”
15 non istuc satis est uno te dicere verbo,
sed facere ut quivis sentiat et videat.
“qui possum? nemo quaerit nec scire laborat.”
nos volumus; nobis dicere ne dubita.
“primum igitur, virgo quod fertur tradita nobis,
20 falsum est. non illam vir prior attigerit,
languidior tenera cui pendens sicula beta
nunquam se mediam sustulit ad tunicam:
sed pater illius gnati violasse cubile
dicitur et miseram conscelerasse domum,
25 sive quod impia mens caeco flagrabat amore,
seu quod iners sterili semine natus erat
et quaerendus is unde foret nervosius illud
quod posset zonam solvere virgineam.”
egregium narras mira pietate parentem,
30 qui ipse sui gnati minxerit in gremium.

5. (a) *qui ... tua est* (versos 13–14). Explique por qué la puerta está disgustada. **No** se requiere cita del texto en latín. [2]
- (b) Traduzca *non istuc ... laborat* (versos 15–17). [3]
- (c) *primum ... falsum est* (versos 19–20). Indique lo que la puerta revela sobre la esposa. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [2]
- (d) *sed ... erat* (versos 23–26). Indique lo que se dice que hizo el padre y enumere los posibles motivos. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [4]
- (e) Identifique **dos** características estilísticas utilizadas en este fragmento e indique su efecto. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [4]

Opción C — Poesía amorosa

Fragmento 6 Catulo, *Carmina* 62.39–58

Doncellas

40 ut flos in saeptis secretus nascitur hortis,
 ignotus pecori, nullo convulsus aratro,
 quem mulcent aurae, firmat sol, educat imber,
 multi illum pueri, multae optavere puellae;
 idem cum tenui carptus defloruit ungui,
 nulli illum pueri, nullae optavere puellae:
 45 sic virgo, dum intacta manet, dum cara suis est;
 cum castum amisit polluto corpore florem,
 nec pueris iucunda manet nec cara puellis.
 Hymen o Hymenaeae, Hymen ades o Hymenaeae.

Jóvenes

50 ut vidua in nudo vitis quac nascitur arvo
 nunquam se extollit, nunquam mitem educat unam,
 sed tenerum pronò deflectens pondere corpus
 iam iam contingit summum radice flagellum,
 hanc nulli agricolae, nulli accolluere iuveni;
 at si forte eadem est ulmo coniuncta marito,
 55 multi illam agricolae, multi accolluere iuveni:
 sic virgo, dum intacta manet, dum inculta senescit;
 cum par conubium maturo tempore adepta est,
 cara viro magis et minus est invisã parenti.

6. (a) *ut flos ... imber* (versos 39–41). Enumere lo que realza la deseabilidad de la flor. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [4]
- (b) *ut flos ... sic virgo ... suis est* (versos 39–45). Analice el símil. **No** se requiere cita del texto en latín. [4]
- (c) Copie y mida *cum ... puellis* (versos 46–47). Indique las elisiones donde sea necesario. [2]
- (d) Traduzca *at si ... senescit* (versos 54–56). [3]
- (e) *cum ... parenti* (versos 57–58). Resuma el resultado del matrimonio para la mujer. **No** se requiere cita del texto en latín. [2]

Véase al dorso

Opción E — Crítica social

Fragmento 7 Horacio, *Epodos* 7

quo, quo scelesti ruitis? aut cur dexteris
 aptantur enses conditi?
 parumne campis atque Neptuno super
 fusum est Latini sanguinis,
 5 non ut superbas invidae Karthaginis
 Romanus arces ureret,
 intactus aut Britannus ut descenderet
 Sacra catenatus Via,
 sed ut secundum vota Parthorum sua
 10 urbs haec periret dextera?
 neque hic lupis mos nec fuit leonibus
 umquam nisi in dispar feris.
 furorne caecos an rapit vis acrior
 an culpa? responsum date.
 15 tacent et albus ora pallor inficit
 mentesque percussae stupent.
 sic est: acerba fata Romanos agunt
 scelusque fraternae necis,
 ut inmerentis fluxit in terram Remi
 20 sacer nepotibus cruor.

7. (a) *parumne ... sanguinis* (versos 3–4). Resuma lo que implica la pregunta retórica. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [3]
- (b) *non ut ... Via* (versos 5–8). Identifique las justificaciones por la pérdida de vidas romanas según el poeta. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [4]
- (c) *neque ... feris* (versos 11–12). Resuma la crítica de esta violencia que hace Horacio. **No** se requiere cita del texto en latín. [3]
- (d) Traduzca *sic est ... cruor* (versos 17–20). [3]
- (e) Identifique **una** característica estilística utilizada en este fragmento e indique su efecto. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [2]

Opción E — Crítica social

Fragmento 8 Marcial, *Epigramas* 6.64.1–17

cum sis nec rigida Fabiorum gente creatus
 nec qualem Curio, dum prandia portat aranti,
 hirsuta peperit rubicunda sub ilice coniunx,
 sed patris ad speculum tonsi matrisque togatae
 5 filius et possit sponsam te sponsa vocare:
 emendare meos, quos novit fama, libellos
 et tibi permittis felicis carpere nugas,—
 has, inquam, nugas, quibus aurem advertere totam
 non aspernantur proceres urbisque forique,
 10 quas et perpetui dignantur scrinia Sili
 et repetit totiens facundo Regulus ore,
 quique videt propius magni certamina Circi
 laudat Aventinae vicinus Sura Dianae,
 ipse etiam tanto dominus sub pondere rerum
 15 non dedignatur bis terque revolvere Caesar.
 sed tibi plus mentis, tibi cor limante Minerva
 acrius et tenues finxerunt pectus Athenae.

8. (a) *cum ... coniunx* (versos 1–3). Enumere qué antecedentes familiares son valiosos según estos versos. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [3]
- (b) *sed ... vocare* (versos 4–5). Identifique las críticas que hace Marcial del destinatario. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [3]
- (c) *has ... Dianae* (versos 8–13). Enumere las personas que Marcial afirma que leen sus poemas. **No** se requiere cita del texto en latín. [4]
- (d) *quique ... Dianae* (versos 12–13). Ubique el Circo Máximo, el Aventino y el Templo de Diana en la antigua ciudad de Roma. [3]
- (e) *ipse ... Caesar* (versos 14–15). Describa cómo disfruta César de la poesía de Marcial. **No** se requiere cita del texto en latín. [2]

Opción G — Villanos

Fragmento 9 Tito Livio, *Ab Urbe Condita* 1.57.1–7

Ardeam Rutuli habebant, gens, ut in ea regione atque in ea aetate, divitiis praepollens; eaque ipsa causa belli fuit, quod rex Romanus cum ipse ditari, exhaustus magnificentia publicorum operum, tum praeda delenire popularium animos studebat, praeter aliam superbiam regno infestos etiam quod se in fabrorum ministeriis ac servili tam diu habitos opere ab rege indignabantur. temptata
5 res est, si primo impetu capi Ardea posset: ubi id parum processit, obsidione munitionibusque coepti premi hostes. in his stativis, ut fit longo magis quam acri bello, satis liberi commeatus erant, primoribus tamen magis quam militibus; regii quidem iuvenes interdum otium conviviiis comisationibusque inter se terebant. forte potantibus his apud Sex. Tarquinius, ubi et Collatinus cenabat Tarquinius, Egeri filius, incidit de uxoribus mentio. suam quisque laudare miris modis;
10 inde certamine accenso Collatinus negat verbis opus esse; paucis id quidem horis posse sciri quantum ceteris praestet Lucretia sua. “quin, si vigor iventae inest, conscendimus equos invisimusque praesentes nostrarum ingenia? id cuique spectatissimum sit quod necopinato viri adventu occurrerit oculis.”

9. (a) *gens ... fuit* (líneas 1–2). Resuma cómo describe Tito Livio a los rútuos. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [3]
- (b) *quod ... studebat* (líneas 2–3). Explique por qué quería riqueza el rey romano. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [4]
- (c) *in his stativis ... militibus* (líneas 6–7). Resuma lo que ocurre durante una guerra larga, según Tito Livio. [4]
- (d) *regii ... mentio* (líneas 7–9). Indique dónde estaban los jóvenes y lo que estaban haciendo cuando estalló la disputa. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [2]
- (e) *inde ... oculis* (líneas 10–13). Indique la solución de Colatino al debate. **No** se requiere cita del texto en latín. [2]

Opción G — Villanos

Fragmento 10 Tito Livio, *Ab Urbe Condita* 1.60

harum rerum nuntiis in castra perlatis cum re nova trepidus rex pergeret Romam ad comprimendos motus, flexit viam Brutus—senserat enim adventum—ne obvius fieret; eodemque fere tempore, diversis itineribus, Brutus Ardeam, Tarquinius Romam venerunt. Tarquinio clausae portae exsiliumque indictum: liberatorem urbis laeta castra acceperunt, exactique inde
 5 liberi regis. duo patrem secuti sunt qui exsulatum Caere in Etruscos ierunt. Sextus Tarquinius Gabios tamquam in suum regnum profectus ab ultoribus veterum simultatum, quas sibi ipse caedibus rapinisque concierat, est interfectus. L. Tarquinius Superbus regnavit annos quinque et viginti. regnatum Romae ab condita urbe ad liberatam annos ducentos quadraginta quattuor. duo consules inde comitiis centuriatis a praefecto urbis ex commentariis Ser. Tulli creati sunt, L.
 10 Iunius Brutus et L. Tarquinius Collatinus.

10. (a) *harum ... motus* (líneas 1–2). Indique la reacción del rey a las noticias. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [3]
- (b) Traduzca *flexit ... venerunt* (líneas 2–3). [3]
- (c) *Tarquinius ... regis* (líneas 3–5). Contraste la recepción de Tarquinio en Roma y la de Bruto en Ardea. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [4]
- (d) *duo ... ierunt* (línea 5). Resuma el destino de los hijos de Tarquinio. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [3]
- (e) *Sextus ... interfectus* (líneas 5–7). Explique por qué fue asesinado Sexto Tarquinio. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [2]

Aviso

Los textos usados en las evaluaciones de Lengua del IB provienen de fuentes externas auténticas. Las opiniones expresadas en ellos pertenecen a sus propios autores y no reflejan necesariamente las opiniones del IB.

Fuentes:

- Fragmento 1.** Vergil. *Bucolics, Aeneid, and Georgics Of Vergil*. J. B. Greenough (ed.), 1900. <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A1999.02.0055%3Abook%3D12%3Acard%3D843> [consultado el 30 de septiembre de 2019]. Cortesía de Perseus Digital Library, Tufts University.
- Fragmento 2.** Vergil. *Bucolics, Aeneid, and Georgics Of Vergil*. J. B. Greenough (ed.), 1900. <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A1999.02.0055%3Abook%3D12%3Acard%3D887> [consultado el 30 de septiembre de 2019]. Cortesía de Perseus Digital Library, Tufts University.
- Fragmento 3.** C. Julius Caesar. *C. Iuli Commentarii Rerum in Gallia Gestarum VII A. Hirti Commentarius VII*. T. Rice Holmes (ed.), 1914. <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Caes.+Gal.+7.70&fromdoc=Perseus%3Atext%3A1999.02.0002> [consultado el 30 de septiembre de 2019]. Cortesía de Perseus Digital Library, Tufts University.
- Fragmento 4.** C. Julius Caesar. *C. Iuli Commentarii Rerum in Gallia Gestarum VII A. Hirti Commentarius VII*. T. Rice Holmes (ed.), 1914. <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Caes.+Gal.+7.90&fromdoc=Perseus%3Atext%3A1999.02.0002> [consultado el 30 de septiembre de 2019]. Cortesía de Perseus Digital Library, Tufts University.
- Fragmento 5.** Catullus. *Carmina*. E. T. Merrill (ed.), 1893. <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A1999.02.0003%3Apoem%3D67> [consultado el 30 de septiembre de 2019]. Cortesía de Perseus Digital Library, Tufts University.
- Fragmento 6.** Catullus. *Carmina*. E. T. Merrill (ed.), 1893. <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A1999.02.0003%3Apoem%3D62> [consultado el 30 de septiembre de 2019]. Cortesía de Perseus Digital Library, Tufts University.
- Fragmento 7.** Horace. *Q. Horati Flacci Carmina*. F. Vollmer (ed.), 1912. <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A2008.01.0538%3Apoem%3D7> [consultado el 30 de septiembre de 2019]. Cortesía de Perseus Digital Library, Tufts University.
- Fragmento 8.** M. Valerii Martialis. *Epigrammaton libri*. W. Heraeus (ed.), 1925. Reprint 1976. <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Mart.+6.64&fromdoc=Perseus%3Atext%3A2008.01.0506> [consultado el 30 de septiembre de 2019]. Cortesía de Perseus Digital Library, Tufts University.
- Fragmento 9.** Livy. *Books I and II With An English Translation*. B. O. Foster (ed.), 1919. <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A1999.02.0199%3Abook%3D1%3Achapter%3D57> [consultado el 26 de septiembre de 2019]. Cortesía de Perseus Digital Library, Tufts University.
- Fragmento 10.** Livy. *Books I and II With An English Translation*. B. O. Foster (ed.), 1919. <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Liv.+1+60&fromdoc=Perseus%3Atext%3A1999.02.0199> [consultado el 26 de septiembre de 2019]. Cortesía de Perseus Digital Library, Tufts University.